



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

4. Consideratio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

CONSIDERATIO III.

Instat legalis Sacerdotis, qui fuit figura Sacerdotis Ev- *Exod. 28;*
 angelici te gerens. Primò debes esse purissimus, totus
 Cœlestis & Crucifixus. Has virtutes indicat iria illa Sa-
 cerdotis vestimenta, vestis alba sine roga Hyacinthina
 coloris cœlestis, & superhumeralis, quod vocant *Ephod*,
 & dicitur *Crux*. Et tintinnabula cum malis punicis ex
 otis secundæ vestis propendens significant, quod alios
 concionibus & exhortationibus proprio etiam sanguine
 sigillatis & confirmatis ad patriam cœlestem pertrahere
 debeas. Secundo magnam erga proximum exhibebis
 caritatem, illuminando eum doctrinâ & exemplo tuo,
 idque significabat vestimenti illius gestatio, quod gesta-
 bat Sacerdos in humeris & ante pectus suum, cui inscri-
 ptæ erant nomina filiorum Israël, & verba illa *Doctrina*
 & *Veritas*, Rationali iudicii appositâ. Ut inò tribus, his-
 que continuis occupaberis exercitiis: Passionis Christi,
 orationis, & mortificationis significatis nomine *Iehova*,
 quod in fronte ferebat summus Sacerdos, idemque so-
 nat, quod *Ipsè principium Passionis vitæ*, & incenso, quod
 in mâ manu gestabat, & sanguine Agni, quem alterâ tene-
 bat manu.

CONSIDERATIO IV.

Semper oculis mentis tuæ quinque ista obueisabun-
 detur exercitia deuotionis: erga sanctissimam Trinita-
 tem: Passionem Christi: sanctissimum Sacramentum:
 Beatissimam Virginem, & Angelum Custodem tuum,
 dicendo continuo: Laudata & benedicta sit semper san-
 ctissima Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus sanctus: san-
 ctissima Passio Domini mei Jesu Christi: sanctissimum
 Sacramentum: sanctissima Mater Dei: Angelus meus
 Custos cum tota cœlesti Curia per omnia sæcula sæcu-
 lorum Amen. Agendo simul gratias pro Sacrificio
 Missæ peracto, & petendo gratiam pro
 futuro celebrando.

CON,